402 Ostiae in museo.

P Ó L Ł
PR · SACR. *uolk. fac*

Descripsi. Supra et a latere intuenti sinistro integra est.

403 tabula aenea. 'Inscriptio exarata est litteris satis bonis neque tamen alte incisis saeculi fere secundi exeuntis vel ineuntis tertii. In parte postica tabula habet manubrium mobile' HENZEN. De origine non constat. Ostiae tribuit *corpus treiectus* (v. 5). Extabat Romae apud Alexandrum Castellani, a quo dicitur vendita esse in Britanniam.

secespita — protome dei Solis radiis coronata — patera

SEX · POMPEIO · SEX · FIL
MAXIMO
SACERDOTI · SOLIS · IN
VICTI · M · PATRI · PATRM
QQ · CORP · TREIECT TOGA
TENSIVM · SACERDO
TES · SOLIS · INVICTI · M
OB AMOREM ET MERI
TA · EIVS · SEMPER · HA
BET

Henzen recognovit descriptam ab Helbigio et edidit ephemer. epigraph. 1 p. 217.

Sex. Pompeio Sex. fil(io) Maximo, sacerdoti Solis invicti M(ithrae), patri patrum, q(uin)q(uennali) corp(oris) treiect(us) togatensium, sacerdotes Solis invicti M(ithrae) ob amorem et merita eius. Semper habet(?).

9. 10 'formula *semper habet* mihi et nova est et parum intellegitur: cogitavi primo de littera B loco litterae V posita, ita ut *habet* scriptum sit pro *avet*: sed neque haec formula aliunde nota est neque vitiosa scriptura convenit titulo recte et accurate perscripto' Henzen.

404 de origine non constat. Inter Ostienses recepi ideo quod urbana certe non est, formula autem *sevir Augustalis idem quinquennalis* Ostiae paene est peculiaris; accedit quod idem P. H. Viscontius, apud quem haec primum descripta est, etiam n. 351 certae originis Ostiensis apud se habuit. — P. H. Visconti dono dedit universitati Romae C. L. VISC. Romae in museo Kircheriano amplificato EGO.

L IVS · PRI
SEVIR · AVG V*stalis*
IDEM · Q · Q · INTEI
CETERA · EXTRVX · S
A NOVO · IN AREA · PVRA SINC
DE SVO PORTI
M · SOLIS · M
*liber*TIS · LIB*ertabus*
*poster*IS C

Descripsi. C. L. Visconti ms.

3 fin. I magis ex D vel ex P superesse videtur quam ex R.

405 Ostiae in episcopio FABR.

MEMORIA
L · PVBLICIVS · EVTYCHES · SEVIR · AVGVST
IDEM · Q · Q · STIPVLATOR · ARGENTARIVS
ET · PVBLICIA · EPICTESIS · FECER

Fabretti 752, 592; Vulpi Lat. 6 p. 192. In fine ut vv. 5. 6 haec addidit Vulpius a Fabrettio omissa: OSTIA....... | TI....... Videtur error subesse.

406 Ostiae effossa a. 1825 a Cartonio, nunc Romae in repositis musei Lateranensis.

D · M
L · PVBLICIO · ONESIMO
SEVIR · AVG · IDEM · Q · Q ·
CONIVGI · ET · L · PVBLICIO ·
ONESIMO · FILIO · QVI ·
VIXIT · ANN · XXV · PVBLICIA ·
AFRODITE · MERENTIBVS ·
ET · SIBI · FECIT

Descripsit Kiessling, recognovi ipse. Memorat Melchiorri in eph. Flor. *Antologia* vol. 18 fasc. 53 (1825) p. 117. Exhibet idem ms.; item Sarti ms.

407 urna. Scalae [agri Amalfitani] in Mariae Nivis MET.; in viculo quodam infra episcopatum antiquum CAM. Inter Ostienses recep propter vv. 5—7.

DIS
MANIBVS
L · RENNI · L · LIB
PHILODOXI
MAG · QVINQ
COLL · FAB · TIG
OST · IDEM · AVG
L · RENNIVS · PROCVLVS
FECIT · PATRI · SVO
CARISSIMO

Simon Vallambertus apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 364 e'; Camera ed. (*istoria della città e costiera di Amalfi*. Neap. 1836) p. 333 et ms. ex schedis tabularii Amalfitani. Recensuit Mommsen inscr. Neap. n. 120, huius corporis vol. X n. 541.

3 L·RENNII·LIB, 4 L·HILODOXI (ms. PHILODOXI) Cam. — 5 QVINQVE Vall. — 7 CVSTODEM·AVG Cam.

408 Ostiae vel in Portu olim stetisse non certum sed probabile est; argumento certe est Ostiensis. Romae in vico qui vocatur *il Corso* prope arcum qui dicitur *Arco di Portugallo* in aedibus Ioh. Boccalini Carpensis, vel similiter CHIS. LIPS. WINGH. CLVV. Locum non indicat CITT., sed praecedunt inscriptiones extantes 'in domo Vignolae', quae fortasse eadem est. — Comparavi a Ficoronio a. 1707 BIANCH. In museo cardinalis Alex. Albani MVR. — Nunc in museo Capitolino. D. 6179

a

SALONIA CARPIME
SALONIAE EVTERPE
SACERDOTI · M · D · M · PORT · AVG
ET · TRAIANI · FELICIS · PATRONAE
D SVAE · OPTIMAE · BENE · MEREN
TI FECIT · ET SIBI · ET · SALONIO
HERMETI SALONIO DORAE SA
LONIAE TERTIAE ET EOR · FILIS
PARS DIMIDIA INTRANTIB
LAEVA

b

M · CVTIVS RVSTICVS
TIBICO · M · D · M · PORTVS sic
AVG · ET · TRAIANI · FELICIS
FECIT SIBI ET CVTIAE THE
ODOTE · ET · LIBERTIS · LIBER M
TABVS Q · POSTERIS Q · EORVM
PARS DIMIDIA · AD DEXTRA

Descripsit Henzen. Anonymus Hispanus Chis. f. 16'; Lipsius ms. f. 35, auctar. p. 49, 3 (inde Gruterus 308, 10); Cittadinius apud Manutium Vat. 5253 f. 263; Winghe Brux. 2, 25 = Ciacconius Raff. f. 129'; schedae Moronii in cod. Barberin. 29, 148; Cluverius Ital. ant. p. 887 (inde Vulpi (Lat. 6, 145); Bianchini Veron. 347 f. 1, a quo accepit Muratori 1072, 1.

De *M(atre) d(eum) m(agna) Portus Aug(usti) et Traiani Felicis* cf. ad n. 429. — *b* 2 '*tibico* quadratarii sphalma mihi creditur pro *tibicen*' Muratori, fortasse recte.

Inscriptionis *a* exemplum decurtatum hoc D·M | SALONIAE EVTERPE | SACERDOTI·M·D·M·PORT | AVG·ET·TRIANI·FELICIS referunt antiquiores auctores eidem omnes, scilicet Anonymus Hispanus f. 16, Lipsius ms. f. 35, ed. 47, 9 (inde Grut. 308, 11), Cittadinius f. 262, Winghe 2, 25 = Ciacconius f. 129', schedae denique Moronii, collocantes omnes in eisdem aedibus Ioh. Boccalini Carpensis praeter Cittadinium qui eas aedes dicit Vignolae; v. 1 om. Lips., 3 PORI Lips. Winghe (qui etiam n. 408*a* 3 exhibent PORI et *b* 2 PORIVS), 4 TRIANI Lips. addito 'sic', TRAIANI Hisp. Citt. Wingh., TRAIAN Mor. Fieri potest ut hoc exemplum non minus antiquum sit quam illud quod supra dedi et steterit una cum eo in eodem sepulcro; sed magis crediderim descriptum id esse ex n. 408 *a* 2-4 saeculo decimo sexto.